

tulit *Weszprémi Hungarus*, auctor suspectus. *Haec sincera iudicavit Mommsen; clausula quam idem auctor adiecit cum iterum titulum ederet, qua titulus ad annum 249 referretur, conficta esse videtur.* — 1) *Confert Mommsenus carmen Comediani instruct. 1, 48 'de Ammudate et deo magno'.* — 2) *Cf. supra N. 570 not 2. Titulum temporibus imperatoris Elagabali positum putat Domaszewski westd. Zeitschr. 1895 p. 60; quo tamen tempore legiones bis pias appellatas praeterea non novimus.*

**4333** εὐθυντῆρι τύχης | Βηλῶ | Σέξτος<sup>1</sup> θετο βῶ|μιον |  
τῶν ἐν Ἀπαμείῃ | μνησάμενος | λογίων.  
(ab altera parte)

Belus, | Fortunae rector | mentisque magis|ter, |  
ara gaudebit, | quam dedit<sup>2</sup> | et voluit.

*Vasione rep., nunc in museo Sangermanensi (XII 1277 vidit Hirschfeld). — 1) Renierus rettulit ad Sex. Varium Marcellum patrem imperatoris Elagabali (supra N. 478), quod, ingeniose excogitatum, recte reiecit Hirschfeld. — 2) Videtur Sextus ita auxilio Beli compotem voti se factum esse significare.*

**4334** pro salute imp. [Caes.] . . . . . | C. Licinius N. . . . . | Palmyrenus [aedem Belo] constitu . . . | Ἡλιόδωρος ὁ . . . . . | τὸν ναὸν Βη[λῶ] . . . . . | Παλμυρη[ός] . . . . .

*Romae rep. extra portam Portuensem in vinea Bonellia (VI 50 = Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 969). Alterius tituli eidem ut videtur deo ab iisdem hominibus dicati fragmentum est VI 51 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 970. In eadem vinea Bonellia prodiit titulus Graece et Aramaice scriptus dicatus θεοῖς πατράοις Βῆλῶ Ἰαριβῶ- [λω] . . . (Kaibel l. c. n. 972). Item in regione Transtiberina urbis prodiit titulus quem Ἀγλιβῶλω καὶ Μαλακβῆλω πατράοις θεοῖς posuit T. Aurelius Heliodorus Palmyrenus (Kaibel l. c. n. 971).*

**4335** C. Iulius Anicetus<sup>1</sup> | ex imperio Solis | rogat, ne quis velit | parietes aut triclias<sup>2</sup> | inscribere aut | scariphare.

*Romae rep. una cum ea quae praecedit (VI 52 vidit Henzen). — 1) Idem Iulius Anicetus eodem loco posuit titulum editum Bullett. arch. comunale 1887 p. 94 et Roem. Mitth. 1889 p. 290 (iam VI 51034), denique eum qui sequitur. — 2) Cf. VI 712. 45395 = Orell. 4456 b, cet.; Marquardt Privatleben der Roemer ed. 2 p. 570 not. 2.*

**4336** C. Iulius Anicetus | aram sacram Soli divino | voto suscepto animo libens d. d.

*Romae olim trans Tiberim, in ecclesia S. Caeciliae (VI 709 saepius descripta saec. XV. XVI). Titulus videtur prodiisse ex eodem sacrario ex quo N. 4334.*

**4337** (protome dei Solis aquila vecta) Soli sanctissimo<sup>1</sup> sacrum | Ti. Claudius Felix et | Claudia Helpis et | Ti. Claudius Alypus fil. eorum | votum solverunt libens merito, | Calbienses<sup>2</sup> de coh. III.<sup>3</sup> (In latere exaratus est titulus Palmyrenus, supra quem iuvenis quadriga gryporum vectus, cuius capiti Victoria coronam imponit. In altero latere protome sacerdotis velati et culter falcis modo incurvus).

*Romae olim in aedibus privatis trans Tiberim, nunc in museo Capitolino (VI 740 vidit Henzen). — 1) In titulo Palmyreno pro Sole appellatur Malakbel. — 2) Scr. Galbienses (cf. N. 4622 not. 5). — 3) Cf. supra N. 4621 not. 5 et N. 4622.*